

na fideicommissi 13 Januarii 1640, coram Reverendissimo D. meo Decano.

Concluditur autem identitas respectu Casalium S. Procula (rubris duodecim dumtaxat exceptis) ac Petre late nedum ex decisione bon. mem. Merlini edita 9. Decembris 1626. sed etiam bene defumitur ex eorundem corporum descriptione in antiquo Bernardini Codice legaliter, + & fideliter asservato, ac propria ejusdem manu conscripto, ut pluribus comprobatur Peregr. de fideic. art. 44, nu. 4. & dec. 2, n. 1. Fufar. de substit. quest. 618, n. 9, etiam contra M. Antonium, ipsiusmet Bernardini hæredem, & authorem D. Principis, tum quia judicialis vigore productionis, + eadem corpora fideicommissio agnovit obnoxia, & approbavit c. cum olim de cens. c. venerabilis de except. l. Publica §. ult. ff. de positi, ibique communiter DD. Bald. in l. alias n. 3, c. de his quib. uti in dig. ubi conclusionem ampliat etiam ille privata scripturæ præ se ferat, Dec. in cap. venerabilis, n. 27, in §. conclus. de except. & plures alii relati per Surd. conf. 15, n. 16. Tum quia in eisdem bonis tanquam fideicommissariis, Bernardini sententiam immisionis obtinuit, ut late probat Barbof. conf. 14, col. 3, & 4, lib. 3. Peregr. de fideic. art. 44, n. 2. Fufar. de substit. quest. 618, n. 29. Rot. in Reatina successione 6. Februarii 1643, in §. placuit in fin. coram R. P. D. meo Peutingero, quæ proinde in iudicatum successivè transacta, per ipsos amplius impugnari non poterit ad text. in l. si servus plurium §. 1. ff. de leg. 1. ibique Bart. n. 2. Jaf. n. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 53, n. 33, & conf. 19, n. 13, lib. 1. Rot. dec. 78, n. 1, cum seqq. p. 1. rec.

Cæterorum quoque corporum identitas, videlicet, Casamenti, è conspectu B. Mariæ in Porticu, Domus ad usum feni cum orto in Transiberina regione constitutæ Medietatis Scalæ, atque Turriculæ, ibi pariter consistentis, necnon Vineæ petiorum circiter septem extra Portam Sancti Pancratii, unius Domus in Regione Arenulæ sitæ atque alterius consistentis in loco vulgo dicto Ghetto piccolo à Porta Leona cæteris cum suis membris propè scholam Hebræorum ædificatæ, ex præfati Codicis lectura convincitur, ibi enim eadem corpora uti propria Bernardini descripta, + deinde à Marco Antonio ipsius hærede possessa, inter cætera ejusdem bona hæreditaria justificantur esse relicta; Adeoque hæredi novum acquisitionis titulum non exhibenti, ex Bernardini successione, delata censentur, ut notant Bald. conf. 189, n. 4. in princip. lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 44, n. 22. Fufar. de substit. quest. 618, n. 45. Tiraquell. de retract. consang. §. 22, gl. 1. n. 92, & 93. Rota in Bononien. fideicommissi de Desideriis 5. Martii, & 14. Junii 1637. coram bon. memor. Merlini, & in Bononien. fideicommissi 18. Martii 1647, coram R. P. D. meo Melitio, & in Bonon. bonorum 18. Martii 1652. coram Reverendiss. D. meo Decano. Dum id maxime corroboratur, sive ex locationibus + adminiculatis ac Bernardini quoque possessionem proinde justificantibus secundum Menoch. conf. 704, n. 7. & consil. 1111, n. 24. Magon dec. Florent. 37, n. 5. Rota coram Gregor. decif. 318, n. 2, & 4, & decif. 573, n. 5, part. 2. rec. & in Auximana fideicommissi 13. Januarii 1644, coram Reverendiss. D. meo Decano, sive ex acquisitionum Instrumentis pro Laurentii parte productis, + quæ eadem corpora in bonis fideicommissentis pariter extitisse concludunt, Bald. conf. 89, n. 4 lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 44, n. 4, & consil. 48, n. 6. Petr. eodem tract. de fideicommiss. quest. 12, nu. 31, cum seqq. Mascard. de probat. conclus. 778, n. 9. Rot. dec. 360, n. 6, part. 5, recent. & in Ro-

mana fideicommissi de Spiritibus 22. Maii 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

Ex ipso quoque Codice Granarium cum casamento constructum in loco vulgo Monte Magnanapoli. Bernardini fideicommissarii extitisse dignoscitur, ac etiam ex Instrumento acquisitionis in actis exhibito, quod licet in computum legitimæ Antonii, appareat destinatum in laudo divisionis; ex hujus tamen dispositione Bernardini, fideicommissio adhuc remanet obnoxia, dum ultra ratam scutor. sex millium, sive in bonis, sive in pecunia detrahendam, alia quæcumque alienatio prohibetur dividendum, à quibus præterea constat ex antecedentibus detractionibus successivis, pro parte Laurentii productis, facultatem alienandi pro eadem rata, fuisse consumptam. Hinc enim bene defumitur granarium prædictum Bernardini + fideicommissio extare subiectum, ad tradita per Bart. in l. Imperator §. ultim. ff. de legat. 2. Jaf. conf. 231, n. 1. lib. 2. Aldobrand. conf. 63, n. 14. Card. Mant. de conjectur. ultim. volunt. lib. 7, tit. 8, n. 28, Rota coram bon. mem. Coccino dec. 432, n. 1. & 2.

Binos pariter census, alterum scut. 1000. à DD. de Incononatis impostum, alterum scut. 1200, à DD. de Maximis constitutum, nec non Loca viginti duo Monis Fidei ad as Bernardini pertinere convincitur; tum ex publicis impositionum instrumentis, tum ex patentibus literis præ se ferentibus, eadem provenire ex pretio Casalium Calæ Ferratellæ de pertinentiis olim Bernardini, + ac ipsius proinde fideicommissio comprobantibus esse subiecta tanquam ejusdem loco Casalium subrogata juxta text. in l. Imperator, §. ult. ff. de leg. 2. & in l. Imperator, ff. ad S. C. Trebell. Castr. conf. 326, n. 2, lib. 1. Alex. conf. 82, n. 10, lib. 1. Molin. de primogen. lib. 4, c. 19. Card. Mant. de conject. ult. vol. lib. 7, tit. 8, n. 22. Peregr. de fideic. art. 39, n. 12. Fufar. de substit. q. 627, n. 46. Rot. coram Urgellen. dec. 53, nu. 10. Prout etiam aliis ex patentibus literis Loca sex cum dimidio Montis Novemalis competiisse Bernardino, uti coempta ex pretio domorum propè Ecclesiam Divi Blasii consistentium, ad ipsummet olim quoque spectantium, ex præfati Codicis lectura dignoscitur.

Quæ sanè corpora, à quacunque detractione gravatis hæredibus, fortasse competente, esse immunita concludunt decisiones bon. me. Merlini, editæ favore Marci Antonii, authoris D. Principis, quas iidem impugnare non poterunt, dum ille ipsarum virtute, immisionem obtinuit, ut constat ex dec. 47, & decif. 77, p. 5. recent. ac bonorum possessores ad fructus omnes à die contestatæ litis exactos condemnari sub die 21. Junii 1628. Necnon præfatu laudû divisionis à Cardinali Farnesio, inter Antonium, Horatium, & Curtiû fratres de Victoriis Bernardini, ex Joanne Baptista nepotes editum, super omnibus ascendentium bonis, ac cæterorum familiæ de Victoriis, Apostolicæ confirmationis robore per sanctæ memoriæ Gregorium XIII. successivè munitum, ex quo sanè colligitur detractiones unicuique pro legitimâ, seu alia de causâ in præfatis bonis competentes, valorem scut. 6000, dumtaxat æquasse, dum ibidem ad eâ summam taxantur Antonio, deinde verò à R. P. D. Justo nostri tunc Tribunalis Auditore, in eâ pariter summam Curtio alteri fratri fuit per sententiam assignata, & per consequens in simili summa decernendam esse Horatio respondit Rot. coram bon. mem. Merlini sub die 10 Martii 1627. Quas præterea detractiones omnes, sive ratam scutorum 6000. earum occasione detractionum unicuique dividendum competentem, + & assignatam

tam ex pluribus alienationibus honorum comprehensorum in laudo datis in Summario Laurentii n. 22, 23, & 24. constat fuisse consumptas, ita ut nihil ex eorum persona modo supersit detrahendum, juxta ejusdemmet laudi præscriptum, imponentis præfatis fratribus silentium perpetuû, super quibusvis juribus, præteritionibus ad eorum quemlibet ex quacunque ratione, vel causa cogitata & incogitata spectantibus in bonis divisis, ut etiam ponderatum fuit coram bon. mem. Merlini sub die 2. Junii 1627. impress. p. 5. dec. 77, n. 8.

Hinc verò in assignatis corporibus Laurentio, retardari non poterit immissio, ac si eadem ex arbitrariis laudo fuerint è vinculo fideicommissi, sicut ex adverso contenditur exèpta, + Ipsius namque remissio ex arbitrariis divisione, quibuscumque licet munita clausulis, regulariter non arguitur; Quinimò in proposito casu excluditur ex eodemmet laudo, sive ipsius sequentia verba spectentur. Quod divisione supra dicta firma manente, In reliquis omnibus fideicommissa eorum Patris, Avi, & aliorum antenatorum, juxta eorum tenorem, in suis roboribus permaneant, ut advertit Rot. in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 54. ff. de verbor. oblig. Odd. conf. 49, n. 16. Rol. conf. 51, n. 16. lib. 4. Paris. conf. 26, n. 53, lib. 2. Fufar. de substit. q. 593, n. 161. cum aliis relatis in Bononien. fideicommissi 28. Martii 1650. in §. tum etiam quia, coram R. P. D. meo Celso, non obstante clausula illa: In reliquis omnibus, quæ præcedentium licet exclusiva, non proinde remissionem fideicommissi in bonis assignatis valet inducere, dum ex proœmio laudi, omnia fratrum bona + fideicommissis quibuscumque supposita, ibidem probantur inclusa, & fideicommissio tunc dicerentur obnoxia, ab eoq; pariter exempta, sive facultas attributa antecederet Antonio disponenti liberè de bonis assignatis, quæ Curtio, atque Horatio, cæterisque fratribus delata non legitur in laudo, ac consequenter ex vi dispositionis, discretivæ ibidem denegata censetur, ad textum in l. unic. §. in autem, Cod. de caducitat. tollen. & in l. si servus plurium, ff. de legat. primo, & not. utrobique DD. Rota coram Gregor. dec. 301, n. 12. ibique Add. n. 18, & dec. 372, n. 7. & coram Seraph. decif. 1448, n. 12. licet cum conditionibus supradictis, ipsi assignatio facta fuerit, restrictionem namque recipiunt supradictæ conditiones solius respectu domus, & habitationis, ut eodem modo, & ac forma censetur concessa, quemadmodum antecederet Antonio fuerat assignata. Sive denique ex observantia elicitâ, tum ex confessione Antonii, tum Marci Antonii, Petri Pauli, ac Joannis Baptistæ successorum in additione hæreditatis Curtii patris, connumerantium inter bona fideicommissaria Bernardini, quæ Curtio laudi occasione receperat. Tum etiam ex sententia successivè prolata, ac declarante alienationes à Curtio peractas, pro rata dûtaxat scut. 6000. posse subsistere, cujus meminit dec. bon. m. Merlini edita favore Marci Antonii, inter cæteras impressas p. 5. rec. 77, n. 4. Talis quippe observantia + ad interpretationem laudi quatenus dubii, bene deservit, l. sed Julianus, §. proinde, ff. ad Macedon. l. quædam ff. de reb. dub. not. Hond. conf. 92, n. 30. lib. 1. Rot. dec. 53, n. 2, p. 1. divers. & in Barchinonen. Canonicius 22. Junii 1646, in §. sed quicquid sit, coram R. P. D. meo Celso, & in aliis relatis in alia Barchinonen. Canonicius 14. Decembris 1644, coram me, & remissionem fideicommissi per divisionem ex adverso præsentam, consequenter excludit Fufar. de substit. q. 593, n. 48. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. n. 5, n. 62. Rota coram Buratt. dec. 89, n. 13. & in

Bononien. fideicommissi de Boateriis 8. Aprilis 1644 in §. tertio prædicta, coram Eminent. D. Card. Corrado.

Præfatam denique immisionem retardare non poterunt, clausula sublata, ac decretum irritans adjectum Brevis confirmatorio laudi; licet enim utriusque Judicibus adimat facultatem judicandi contra formam laudi, ac Brevis in corroboracionem ipsius successivè prolata, non tamen impedit, + quin de comprehensione fideicommissi in laudo cognoscant, ut respondit Rota coram Put. dec. 48, n. 6. lib. 1. & in Civitatis Castellii bonorû 17. Aprilis 1583, coram Robusterio, & coram Comitulo dec. 6, n. 5, & dec. 599, n. 9, p. 2. rec. ac bonorum immisionem fideicommissariis consequenter attribuant, cum non contra formam laudi, + sed id potius executionem, tunc judicasse censentur, respondit Rota coram Merlini dec. 241, n. 1.

Et ita in omnibus corporibus descriptis in Codice, cæterisque supra deductis D. Laurentio decreta sunt immissio, excepto dumtaxat Palatio, cujus immisionem particulari dubio discutendum DD. reservarunt, utraque, &c.

DECISIO LXXXII.

R. P. D. ALBERGATO.

Cesenaten. Bonorum.

Lunæ 28. Aprilis 1653.

SUMMARIUM.

- 1 Emptore ab hærede gravato se tventur ex detractionibus adversus fideicommissarios, & n. 4. Fundatam habet intentionem in possessione, n. 9.
- 2 Legitima est tertia pars hæreditatis.
- 3 Decisiones supponuntur.
- 5 Femina à statuto exclusæ efficiunt masculum totius legitimæ creditorem, Exclusæ à successione excluduntur etiam à legitima, n. 6.
- 7 Alienata semel tantum in legitimam sunt imputanda: Cum defectu inventarii non præsumuntur æquare detractiones, quando sunt certæ, n. 8.
- 10 Fideicommissarius tenetur probare alienationes, æquare detractiones.

Steterunt Domini in decisio iterum respondentes pro confirmatione sententiæ Rotalis, quia ejus validitas amplius non impugnatur, justitia verò ex decisionibus in altera instantia coram R. P. D. meo Peutingero, & in hac corâ me, editis comprobata remanet; licet enim Prædicti controversum fideicommissio ab Amilchare ordinato, & ad favorem filiarum Cinthiæ purificato obnoxium fuerit; non est tamen actoribus danda immissio, quia Franciscus filius fideicommissentis, & hæres gravatus, illud in Lancettos alienando, censetur pro legitima & dote materna sibi competentibus prælegisse, adeo ut earum vigore * adversus fructuosos fideicommissarios rei conventi possint suâ possessionem tueri, Oldr. conf. 107, n. 8. Cephal. conf. 624, nu. 6. & aliis allegatis dixit Rota in Rom. fideic. de Incontris 7. Junii 1652. §. quo enim, corâ me.

Est quod illud sit valoris librarum 2303 quia nihil absorbetur à detractionibus ut supra debitis, cum enim Amilcharis hæreditas in stabilibus ad libras 4612. ascenditibus firmetur. in decif. emanata 27 Martii corâ R. P. D. meo Peuting certa pars, quæ pro legitima filio debetur, juxta text. in §. 1. Inst. de triente, & semisse, lib. 1. 537, constituit, quod additis libris 800 auri, pro dote materna, juxta aliam decif. + coram eodem editam 10. Martii

1649. de stilo supponendam, Buratt. d. 596, n. 1. dec. 857. n. 4. clarè liquet detractiones in libris 2737. monetæ debitas non esse integrè consumptas, pro quibus ex persona ejusdem filii + Lancetii retentio competit, *Surd. conf. 576. n. 40. & 41. Peregr. de fideic. art. 39, n. 4. Rot. coram Andr. dec. 80, nu. 1. & in Rom. fideic. de Zuccaris 14. Novembr. 1639, §. quod coram R. D. meo Decano.*

Non officit existentia fororum Francisci, quia ex dispositione statuti Casenaten. exclusæ * foeminae integræ dotis ac legitimæ constituunt Creditorem, juxta tradita per *Modern. Foroliv. de legit. lib. 1. tit. 4. q. 3. n. 16. & seqq. hujusmodi verò statutaria exclusio etiam in his portionibus locum habet, ut in terminis, quod filia exclusa à successione + censeatur per statutum à legitima quoque exclusa tradunt Castr. in l. Titio centum, §. Titio genero n. 8, §. 2. præmittitur, ff. de cond. & demon. Ruin. conf. 97, n. 8. lib. 1. Crav. conf. 11, n. 13. conf. 236, n. 2. Ceph. conf. 5. per tot. conf. 146. n. 10. conf. 404. n. 1. Hond. conf. 10, n. 20, lib. 1. Rot. coram Seraph. dec. 963, n. 4. & dec. 272. n. 10, p. 5. recent.*

Minus obstant præcedentes duæ ejusdem prædii alienationes, altera nempe libr. 210, & altera libr. 152. quia istæ vigore pacti, ibidem adjecti, redemptæ fuerunt postmodum insimul cum toto fundo in Lancettos distractæ, quapropter + non sunt habendæ in consideratione, sed perinde est, ac si præcedentes non emanassent, ne duplicentur partiæ, ut in simili animadvertit Rot. in Rom. supplem. legitim. 24 Apr. 1651. ex patentib. & in Rom. fideic. de Candidis 26 Jun. ejusd. an. §. quoniam coram R. P. D. meo Verospio.

Et hinc cessat etiam aliud objectum ex omiſsa confessione inventarii deductum, quia non idèo priores illæ bonorū distractiones censentur æquare detractiones + gravato debitas cum in præsentia de earum constet certitudine, ut respondit Rot. in *Perusina fideic. 5. Mart. 1646. §. nam cum illa cor. R. P. D. meo Celso, & præsumptio occultationis, & alienationis aliorum bonorum ex omiſsione ejusdem inventarii resultans fideicommissario quidem suffragatur, quando est Reus, & Possessor; secus verò ubi est actor, & immiſsione petit contra tertium possessorem ab hærede gravato causam habentem, hoc enim casu, cum iste habeat + suam intentionem fundatam in possessione §. commodum Inst. de interd. fideicommissariis debet probare bona præcedenter per hæredem distracta æquare detractiones + ipsi competentes, uti, articulo maturè examinato, distinguit Rot. in *Perusina bonorum 30. Maii 1650, §. pro intelligentia, in Perusina fideic. de Rodulphis 14. Junii 1652. §. quoniam alienationes coram R. P. D. meo Cerro, & probant plures relati in alia dec. in hac causa edita 15. Maii 1651, cor. me.**

Et ita &c.

DECISIO LXXXIII.

R. P. D. CELSO. Bononien. de Bolognini. Veneris 2. Maii 1653.

SUMMARIUM.

- 1 Adoptivus legitimam à patre naturali, non ab adoptante consequitur, & n. 2. Fallit, ut n. 3.
- 4 Fructus ab extraneo in Trebellianicam imputantur. Per gravatum percepti ejus credita reddunt turbida, n. 7.
- 5 Detractiones non competunt ei, qui inventarium non confecit, & plures fecit alienationes.

6 Immissio non retardatur ob detractiones illiquidas.

8 Identitas Bonorum probatur ex inventario. Ex divisione probatur, n. 9. Ex descriptione in testamento, n. 10. Ex possessione in eodem loco probatur, n. 12.

11 Possessio ex litis substitutione, & liberatione à sequestro probatur.

Thadæus de Bolognini, qui una cum Bartholomæo fratre plures in partibus sententias reportavit super immiſsione in possessionem bonorū Bartholomæi, & Jo. Mariæ de Bolognini, & devoluta causa per appellationē ad Rot. obtinuit decisiones favorabiles super existentia utriusque fideicommissi super purificatione ad ipsius favorē etiā quod portionem Moratii, & Valerii, necnon eidem suffragari legitimationem Maximiliani Patris; Prosequendo disputationem corā me in locum E. D. Card. Othoboni subrogato intetui disputari dubium, An Palmeriis, & litis Consortibus Adversariis aliisque super iisdem fideicommissis competere detractiones, & nullas cōpetere responsū fuit.

Nā in bonis Bartholomæi frustra petitur legitima ex persona Æmilii, cū ipse non est descendens à Testatore, sed transversalis, & de tempore adoptionis habebat Patrem naturalem, + à quo legitimam debebat consequi, non autem ab adoptante, l. cū adoptivis, §. sed ne articulum, ibique gl. verbo tantummodo, C. de adopt. Decian. conf. 34, n. 13. lib. 1. & conf. 126, n. 10. lib. 3. Gabr. conf. 24, n. 6, lib. 2. Tiraq. in l. si unquam verbo susceperit liberos, n. 8. in fin. C. de revoc. donat. Peregr. de fideic. art. 36, n. 43. Marta de success. p. 4. q. 5. art. 2. n. 42, vers. Idcirco.

Et regulare est, quod illi non debeatur legitima, cui præterito querela, + vel aliud jus impugnandi Testamentum non datur, l. cum queritur, & l. omni modo in fin. C. de inoff. test. Rot. corā Greg. dec. 135, n. 8. prout illā non competere adoptato, probat text. in §. sed ea. Inst. de hæc. que ab intest. defer. Ruff. in l. cum Avus l. 2. c. 12. sub n. 2, de cond. & demonst. Peregr. de fideic. art. 36, n. 43. Mantica de conjec. lib. 10. tit. 18. sub nu. 20, vers. neque obstat. Mart. de success. p. 1. q. 19, art. 1. n. 2. in fin. & p. 4. q. 5. art. 2. n. 42, vers. Ergo præteritus, & n. 45.

Non obstat dec. 360, n. 21, p. 5. in r. c. quia loquitur in adoptato ab ascendente, + non autem ab extraneo, prout ita explicat, & declarat Aret. in l. ex facto n. 12. in fin. ff. de vulg. & pupillar. Bald. in d. l. cum in adoptivis sub n. 5. C. de adopt. cum aliis per *Modern. Urbinaten. de fratrib. p. 1. c. 33. n. 20.*

Trebellianica verò remansit consumpta ex perceptione fructuum totius hæreditatis per spatium annor. 60, & ultra, quos uti extraneus + idem Æmilii in illā tenetur imputare, l. in fideicommissariam 18. ubi Ripa n. 25, & l. deducta 58. §. ante die ff. ad Trebell. l. Jubemus 6. C. eod. Peregr. qui plures cumulat. de fideic. art. 49, n. 62. Fuf. conf. 5, n. 36, & conf. 106, n. 12. Rot. coram Caval. dec. 20, n. 4. & dec. 540, n. 6. in rec. dec. 152, n. 3. in fin. p. 1. & dec. 88, n. 3. p. 5. & in Rom. hæreditatis 14. Decemb. 1646, cor. b. m. Arguelles.

In bonis pariter Jo. Mariæ nullæ competunt detractiones, dum ipse Æmilii hæres institutus inventarium non confecit, & quæplura bona dicti fideicommissi alienavit, + nam intrat præsumptio, vel quod illæ fuerint factæ, vel quod fuerint subtracta bona, ex quibus potuerint fieri, ut millies cēfuit Rota, & signanter in dec. 77, n. 3. & 4. p. 5. rec. dec. 88, n. 23. & seqq. & dec. 726, n. 28, 29, & 33. p. 7. Duran. dec. 360, n. 1. & seq. Merlin. dec. 265, n. 9, & dec. 383, n. 15, & 16, & fuit dictum in *Auximana fideicommissi 13. Janu. 1640, & 21. Janu. 1642, coram Reverendiss. D. meo Decano in Romana fideicom. de Spiritibus*

Spiritibus 12. Jan. 1643, coram R. P. D. meo Bichio, & in Bonon. fideicommissi 5. Decemb. 1650. coram me, ultra plures adductos per Gratian. forens. discept. cap. 570, n. 19, & 20. Unde attentis prædictis non potest Thadeo retardari immiſsio, + cū prætentio detractionum saltem remaneat turbida, & illiquida, Rot. dec. 301, n. 18. p. 6. rec. & decif. 164, n. 9, p. 7. in Romana fideicommissi de Palatiis 28, Junii ejusdem anni coram b. m. Arguell. & in Bonon. fideic. de Pancaldis 23 Jan. 1649, coram R. P. D. meo Peutingerio.

Præsertim quia à die motæ litis semper Adversarii perceperunt fructus ascendentes ad quantitatem notabilem, + ex quibus dicta præsentia credita magis redduntur turbida, juxta gl. final. in auth. perpetua C. de Sacr. Eccl. 12, n. 5. in rec. dec. 391, n. 6, & decif. 411, n. 26, p. 5, in Rom. fideicommissi de Campagnolis 26. Junii 1648, coram R. P. D. meo Peutingerio, & in d. Bonon. fideicom. 5. Decemb. 1650, & 16. Junii 1651, coram me.

Et ita decifum altera tantum parte informante, altera verò sæpe sæpius monita, & citata.

In eadem. Coram eodem.

Veneris 4. Junii 1653.

Post resolutionem ultimo loco captam, quod Palmeriis, & litis consortibus nullæ competant detractiones in bonis Bartholomæi, & Joan. Mariæ de Bolognini. Placuit DD. aggredi disputationem super illorum identitate, quæ respectu fideicommissi Bartholomæi constare dixerunt ex

8 Inventario solemniter confecto * ab Æmilio primo hærede instituto, quod rectè probat, bona in eo descripta, fuisse testatoris, juxta text. in l. fin. C. arbitr. ut. Bald. consil. 407, n. 6. lib. 1. Peregr. de fideicommissis art. 44, n. 2, relati per Grat. for. discept. c. 765, n. 59, & seqq. Rota coram Penia decif. 392, n. 1, coram Greg. dec. 575, n. 3, ibique Add. lit. B. in rec. dec. 442, n. 2, p. 3, in Bonon. bonorum, seu fideic. de Sanctis 17. Maii 1647, coram R. P. D. meo Bichio, & in Roman. fideicom. de Zuccaris 4. Febr. 1650, coram Reverendiss. D. meo Decano. Idque non solum contra conscientem, sed etiam contra illius hæredes, & habentes ab eo causam, quales sunt Palmerii, & litis Consortes Adversarii. Rota coram Caval. dec. 578, n. 5. Merlin. dec. 736, n. 2. in rec. dec. 96, n. 2, & 3, part. 7, in Bituntina fideicom. 28. Junii ejusdem anni coram me.

Respectu verò fideicommissi Joan. Mariæ sufficienter justificatur identitas ex Instrumento divisionis + sequuntæ utque de anno 1586, inter filios & hæredes ejusdem, in quo Instrumento sigillatim exprimuntur bona cum suis qualitatibus, confinibus, situationibus, & numero tornaturarum, ut bene in proposito ponderat Natta consil. 235, n. 15. Marzar. de fideicom. quest. 58, in princ. Rota coram Cocc. dec. 120, sub n. 1, & 2. coram Merlin. decif. 244, sub n. 12, dec. 262, n. 1. & dec. 294, in princ. in rec. dec. 417, n. 5. part. 4. tom. 2, & dec. 518, n. 8, & 9, part. 4, tom. 3, dec. 84, n. 9, part. 5, & dictum fuit in Fanen. bonorum 19. Junii 1648, coram bon. mem. Arguelles, & in Bonon. fideic. 5. Dec. 1650, coram me.

Et ulterius constat eadem bona fuisse adnotata, & descripta per Testatorem in ejus Testamento, dum majorem illorum partem particulari fideicommissi subjecit, & alienari prohibuit. Ex hujusmodi enim descriptione, * & adnotatione probari identitatem bonorum, firmavit Bald. conf. 89, n. 3, lib. 1. Mascard. de probat. concl. 778, n. 18, & Decisiones ad Tract. de Alim.

19. Rot. dec. 312, n. 2, p. 7, rec. & in Bonon. fideic. de Amorinis 18. Maii 1648, coram R. P. D. meo Melio in Bonon. fideic. de Nascentoriis 20. Junii 1650, coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Melevitana fideic. 20. Junii ejusdem anni corā E. Card. Othobono.

Quod autem bona prædicta existant hodiè penes Palmerios, & litis Consortes, + probatur non solum ex litis sustentatione, & cautione præstita pro eximendis bonis à sequestris per Judicem relaxatis, ut dixit Rot. coram Verallo d. c. 369, p. 2, in rec. dec. 407, n. 4, p. 5, in Bonon. fideic. 7. Maii 1640, coram Rev. D. meo Decano in Firmana fideic. 4. Maii 1648, coram Eminent. Othobono, & passim in aliis. Sed etiā ex eo, quod ipsi possident in iisdem locis, in quibus possidebat tam Bartholomæus quam Jo-

an. Maria fideicommittentes, + Unde resultat validissimū argumentum identitatis bonorum, & quod sint eadem quæ possidebant Testatores prædicti, dum ex adverso non docetur de intermediis acquisitionibus, juxta celebre conf. Fulgos. 145, col. 2, vers. Porro si aliunde. Menoch. præf. 15, n. 34, lib. 6. Fuf. de subst. q. 618, n. 45, Peregr. conf. 48, n. 13, lib. 1, & in tract. de fideic. art. 44, n. 22. Rot. corā Greg. dec. 575, n. 9, ibique Add. n. 11, rec. dec. 131, n. 5, p. 1, in Firmana fideic. 4. Maii 1648, coram Eminentiss. Card. Othobono, in Bonon. fideic. de Amorinis 4. Aprilis 1650, coram R. P. D. meo Melio cum aliis in d. Bonon. fideicom. 5. Decemb. 1650 coram me, & plures cumulat Fufar. de subst. q. 618, n. 45.

Et ita in contumaciam partis recusantis comparere Thadeo tantum informante resolutū fuit.

DECISIO LXXXIV.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Casalis Veteris.

Lunæ 5. Maii 1653.

SUMMARIUM.

- 1 Concessio emphyteusis ad tertiam generationem masculinam per mortem existentis in secunda generatione, sine filiis expirat.
- 2 Verbum, generationis, in abstracto sumptum duplicem præ se fert significationem, activam scilicet, & passivam. In concreto positum ad denotandam personam post primum acquirentem successuram, passivè accipitur pro generata, & non pro generante, numero 3.
- 4 Femina non potest dici generatio masculina passivè sumpta, sed solus masculus.
- 5 Femina à masculis procreata dicuntur de generatione masculina, sed non generatio masculina, numero 6.
- 7 Filia primi acquirentis in emphyteusi pro se, filiis, & nepotibus per lineam masculinam descendentibus non succedit.
- 8 Instrumentum à capitulis interpretationem recipit maxime quando ad ea relationem habet, n. 9.
- 10 Verbum hæredes, in emphyteusi masculina verificatur in hæredibus sanguinis, comprehensis in Investitura appositi concessioni pro masculis cum eadem sexus qualitate intelligitur, numero 11.
- 12 Emphyteusi conceptæ pro masculis hæredibus substantivum illud hæredibus declaratur adjectivo masculis.
- 13 Masculinum non concipit femininum in præjudicio Ecclesiæ: Declara id procedere in emphyteusi, secus in locatione, n. 14. Nisi feminorum